Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

recogitas dei potestate. sed mente efferatus
in multitudine peditum et in militibus equitum
et in octoginta elephantibus confidebat. Tu-
Ingressus autem indeam et appropin-
quans bethsure quod erat in angusto. ab ie-
rosolima intervallo quinque stadiorum illud
presidium expugnabat. Vt autem machabeus et qui cum eo erant cognoverunt ex-
pugnari presidia cum fletu et lacrimis ro-
gabant dominum et omnis turba simul. ut
bonum angelum mittet ad salutem isrl. Tu-
Et ipse primus machabeus suptis armis
ceteros adhortatus est simul certare periculo
subire. et ferre auxilium fratribus suis. Cum-
que pariter pugnaret. aliquo prevenit. et adhuc
in ierosolimis esset. apparuit precedens eos
equestris in veste candida arma aureis
hastam vibrans. Tunc omnis simul benedi-
xerunt dominum. et convaluerunt animus. Tu-
Parati igitur pugnare de cetero habentes fiduciam
adiutorem et misericordiam eos dominum.